Fragmentarium



dixerunt; Im̄ hii omſ non in uacuū
cucurrerunt. ſed in fide & iuſticia. & in
debitū ſibi a dn̄o. locū abierunt. et ad
eum cui cum mortui ſunt; Non enim
p̄ſens ſcłm dilexerunt. ſed eū qui pro
nobiſ mortuuſ .ē. xp̄m. & a dō reſuſci
tatuſ; Ceterū; Habetiſ epiſtolaſ
ignatii. que tranſmiſſe ſunt uobiſ a
abeo. & aliaſ quaſ cūq; inuenimuſ
apud noſ tranſmiſimuſ uobiſ. ſcdm
q̄d petiſtiſ; Que ſunt ſubiuncte huic
epiſtole. & ex quibuſ magne iuuamini.
Continent nāq; fidē & patientiam.
que .ē. in dn̄o nr̄o; Paſſuſ .ē. autē con
ſulatu attici. & marcelli kł febru
ariaſ. quo die & iā memoria eiuſ
a fidelibuſ ſollēpniter celebratur;
Corporiſ eiuſ reliquie. ad ſuā ciuitatē
ſunt delate. & extra portā daphni
ticam. in cimiterio condite in m̄ ſe
decembrio; Regnante ihu xp̄o dn̄o
nr̄o. cui .ē. honor & imperium. p omia
ſc̄la ſc̄lorum amen.

B.H.L. 5543

TEMPORIbuſ claudii.
uenit quidā uir. de per
ſide partibuſ. nomine
mariuſ. cū uxore ſua
martha. & filiiſ ſuiſ
audifax & abbacuc. xp̄iani ueri.
ad orationē apoſtolorū; Uenienteſ
romā. coeperunt corpa ſc̄orū p carce
reſ. & ſepulturaſ inquirere; Et cū
frequentē ſollicite & curioſe que
rerent. uenienteſ in caſtrū tranſ
tyberim. intra carcerem. inuenerunt
hominē uenerabilem nomine qui
rinū. qui iā multa uerbera pro no
mine xp̄i pp̄eſſuſ fuerat. & facultate
ſua nudatuſ; Ad quē uenienteſ.
miſerunt ſe ad pedeſ eiuſ. mariuſ &
martha. uxor eiuſ. cū duobuſ filiiſ
ſuiſ audifax & abaccuc. ut oraret
p eiſ; Et ibi manſerunt dieſ octo;
Et coeperunt de facultatib; ſuiſ mi
niſtrare beato quirino. & lauare
pedeſ eorū. qui in uinculiſ erant
conſtricti. & in capita ſua uel filiorū
ſuorū effundere; Eodē tempore. iuſ
ſit claudiuſ. ut ſi quid xp̄iani inuenti
fuiſſent. uel in uulgo. aut in cuſtodia.
ſine interrogatione punirentur;
Ipſo p̄cepto diuulgato. tenuit ducentoſ
ſexaginta duoſ xp̄ianoſ uia ſalaria.
qui arenā fodienteſ dāpnati fuerant.
p nomine xp̄i. quoſ iuſſit ut in fli
glina foraſ muroſ portę ſalariae.
& in eodē loco inclauſi in ciuitatiſ
amphyteatro. ubi eoſ militeſ iuſſit
ſagittiſ interficere; Hoc cū factū
fuiſſet. conſtriſtati nimiſ mariuſ
& martha uxor eiuſ. cū filiiſ ſuiſ au
difax & abacuc. uenerunt ad locū
ubi corpora ſc̄orū interfecta fue
rant. una cū beato iohanne p̄rb̄o.
& inuenerunt ſup corpa ſc̄a ignem
ſup poſitū; Et ſumenteſ coeper̄
corpora ſubtrahere. & ſepelire cū
linteaminibuſ & facultatibuſ ſuiſ.
quia uir locupleſ erat. cū filiiſ ſuiſ
& uxore; Et quantū potuerunt.
ſepelierunt in cripta uia

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 3r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49405)